


1503.

originalibus hris descripta per nos vel nros succores supradicto
Dno Epo vel eius succoribus solucōm Juribus nris Regalibus
semper saluis. Harum quibus Sigillum anulare nostrum
est subappensum, testimonio harrum. Day Wilne feria sexta
ante festum Pentecostes proxima. Anno Dni Millesimo quin-
gent. tertio. Regni vero nri scdo

Alexander dei grā Rex
manu propria ff.

Ad mandatum Re-
grae Mtis.



Donatio Tolkemith districtus et xl Ken-
tet cum confirmatione privilegiorum Eccle.iae.

F

In nomine dmi Amen. Ad perpetuam rei memoriam, et
si Regalis Mtatis benignitas, de innata pietatis clementia, omnia
subditorum comodis vigilanter intendere debeat: ad illorum tra-
men quietem et statum tranquillum, singulari dignationis affe-
ctu, propensius merito inclinari debet, quos amphoris sedulitate
et fidei, grata comendat constantia. Itaq nos Sigismundus
dei gratia Rex Polonia, magnus dux Lituania, necnon terrarum
Cracouia, sandomiria, Siadia Lancitia, Cuyania, Russia, Pru-
ssia, ac Culmen, Elbingen, Pomeraniaq Dns et haeres m. Si-
gnificamus tenore pntium quibus expedit vniuersis pntibus
et futuris pntium noticiam habituris. Quia consideratis multi-
plicibus probitatis meritis, Rudi in Christo patris Dni Lucae
Episcopi Warmien, quibus ipse constanti animo nrm et regi-
nstri honorem & statum prosecutus est haecenus, et auctore
domno feruentius in tempus posterum prosequetur: sibi et succe-

ssoribus suis, Capitulo et Ecclesie Warmien, vniuersa et singula
privilegia, et literas, quae et quas super libertatibus, gratijs, consuetu-
dinibus, donationibus et indultis, vsibus, obseruantijs, et emunitati-
bus, necnon singulis feudis, praedijs, castris, oppidis, munitiombus, vil-
lis iurisdictionibus altis et bassis, pignorum seu hypothecaru obliga-
tionibus, iudicijs, thelonijs, praestationibus, exactionibus ordinarijs
et extra ordinarijs ac quibuscumq; dominijs et pertinentijs suis ecclesie
praedictae, a sacrosancta sede Apostolica, Imperatoribus, Regibus Polon-
iae praecessoribus nris, ac alijs principibus et personis quibuscumq;
concessis, cum omnibus suis tenoribus sententijs punitis et clausulae
de verbo ad verbum, prout scripta vel scriptae sunt, ac si tenores
singuli pntibus essent inserti, etiam si de his in pntibus iure vel
consuetudine deberet fieri mentio specialis, approbamus, ratificamus,
et de solita Regali benignitate ex certa nra scientia pntibus immo-
uamus, cum vniuersorum Regalium iurium clementi concessione.
Decernentes oia et singula praedicta robur habere perpetua firmitate
recipientesq; dictam Ecclesiam Warmien, cum suo Pontifice & Capto
exnunc et de cetero, cum vrbibus suis castris ciuitatibus oppidis &
munitiombus, Nobilibus, vasallis, villis et abtinentijs quibuscumq;
in nram & succiorum nrorum Regum Poloniae, defensionem et pro-
tectionem perpetuam. Volentes insuper ex Regali munificentia,
Ecclesie Warmien saepe dictae, conditionem facere meliorem: Distric-
tum Tolkenitb cum vrbibus suis Villis, praedijs, pratis, pascuis, flu-
minibus, molendinis, lacubus, piscationibus, venationibus, siluis,
cum di vtilitate et vsufructu, limites et terminos vsq; ad posse-
siones Ciuitatis Elbing et districtum Holandt extendentem. Et
praeterea villas Krebsdorff, Karscham, et Newekirche, per diuum
Kazimirum Genitorem & praecessorem nram Regem, Monasterio sctae
Brigittae & Conuentui sanctimonialium eiusdem Monasterij in Op-
pido Elbing concessas & datas, ex quo ipm Monasteriu debitum
non sit sortitum effectum, ipsasq; villas praedictas pro desertis religio-
Episcopo pfato & succoribus concedimus, ac perpetua et irreuoca-
bili donatione, iure feudi, tenore pntium conferimus et donamus.
Quonia autem Ecclesia Warmien saepe dicta exactis bellorum turbini-
bus plurimum in suis possessionibus desolata, et in proventibus suis

1508.

sit extenuata, adeo q̄ cultus diuinus multipliciter est diminutus:
Nos volentes illius egestati succurrere et diuinum augere famulatu,
pro anima nra diuorum parentum nrorū aliorumq̄ p̄decessorum
nrorum Regum Polonia salute et refrigerio, quadraginta naues
angrullares Keutel teutonice appellatas, in recenti mari Hab voca-
to, cum oibus prouentibus comodis & utilitatibus, nihil nobis aut
successoribus nris in eis reseruantes, Regali liberalitate donamus,
et perpetuo possidendas Episcopo, Capto et Ecclie p̄fatis in Chri-
noie elargimur, tenore p̄ntium mediante in æuum, matura de-
liberatione consiliariorum nrorum super p̄missis oibus et singulis
p̄missa. In cuius rei testimonium sigillum nrm p̄ntibus est
appensum. Acti Craconia in conuentu ḡnali feria quinta in festo
sete Scolastica Anno d̄ni Millesimo, quingentesimo, octauo. Regni
verò nstri anno secundo. P̄ntibus R̄dis in Chro p̄ribus Dominis,
Joanne Cracouien, Vincentio Wladislauien, Joanne Posnamien, Ma-
thia p̄mishien et Regni nstri Vicecancellario, Nicolaoq̄ Belmen,
Eccliarum Epis, necnon Magnificis Vnialibus, et Generosis Spithi-
kone de Jaroslaw, Castellano Nicolao de Camijenietz Palatino et Ca-
pitaneo Cracouienis, Joanne de Tarnou, Sandomiriien, Ambro-
sia de Pampon, Siradien & Capitaneo Mariemburgen, Nicolao de
Cosczyelecz Bresten, Stanislaw Kmita de Vissintze Russia, Nilao
Sirkiej de Dambronitza Lublunen palatinis, Jacobo de Schidlovijetz
Sandomiriien, et Thesaurario Regni nstri, Jacobo de Sijekluka Voij-
nicen, Petro Schaffranijetz de p̄jeschorwa skala Vissicien et An-
drea de Coszyelecz Becen Castellanis, Stanislaw de Chodetz Mari-
scatro Leopolieng, et Podolia Capitaneo, Joanne de Laszko Posna-
mien et Plocen p̄posito Cancellario Regni nstri, Christophoro de
Schidlovijetz succamerario Cracouien et Capiteo Siradien, Joanne
Latalski p̄posito Gneznen, & Petro Tomiczki Archidiacono Cra-
couien Secretarijs nris, alijsq̄ plurimis consiliarijs et curien
nstris testibus ad p̄missa fide dignis sincere & fidelibus dile-
ctis. Dat̄ per manus eiusdem Venerabilis Joannis de Laszko Pos-
namien & Plocen p̄positi sincere nobis dilecti.

Joannes de Laszko qui supra
Cancellarius